

28 Quamvis tamen hæc sententia sit valde probabilis, contrariam probabiliorem reputo: posse, nimirum, virtute illius facultatis legitimi utroque vitio laborantem. Ducor, quod in materia favorabili sub simplicibus continetur casus mixtus, secus in odiosa, ut docet Bart. l. Gallus. §. & quid sit tantum. n. 3. ff. de liber. & posth. sic cōcordas textus in l. vim passam, vers. præscriptio. ff. ad l. Jul. de adult. qui decidit sub simplici non comprehendit mixtum: & l. si ita, in principio, ff. de lib. & posth. qui decidit sub simplici mixtum claudit: ut prior in materia non favorabili, posterior autem in materia favorabili intelligatur. Cum ergo questio nostra loquatur in potestate legitimi, quæ Principis beneficium favorabile est, hæc largissima interpretatio. Iuxta dicta disput. præcedenti, nu. 4. & ita hæc pariter sustinent Bart. l. 2. in principio. n. 2. ff. de verb. oblig. & ibi Immol. nu. 2. Alex. n. 5. Alciatus. n. 44. & 55. Zasius. n. 16. Roman. n. 62. Angelus Perulinus. n. 2. Galiaula. n. 14. idē Angelus. l. clemens, in fine ff. de hered. instit. & d. l. si ita, in principio nu. 4. vbi idem Alex. n. 3. Abb. c. finali. n. 7. de Simon. Bald. d. l. si ita, in fine principij, & in lit. de actionibus. §. 1. nu. 1. Bartholo. Socinus cons. 3. n. 14. volum. 3. Decius. c. at si clerici. §. de adulterijs, in noua editione. n. 120. de iudic. & ibi Alex. de Neou. n. 23. vbi Abb. n. 11. quem sequitur Felin. c. finali. n. 8. de Simon. dicit de æquitate videri hæc sententiam veram, licet attentio iuris rigore fortè opinio contraria sit verior. Eandem tenent Ananias consil. 95. vius & ponderatis, in fine. Curtius Iunior consil. 75. n. 8. Angelus, verb. dispensatio. n. 9. vbi Sylu. q. 3. n. 10. Mandosius regula. 10. cellariæ. q. 3. n. 10. Spino Speculo testam. gloffa. 16. nu. 147. & ex Theologis, Henriquez lib. 14. de irreg. c. 8. n. 10. Emmanuel Sa summa verb. dispensatio. n. 7. Et eandē sequuntur aliqui cum quadam limitatione, nempe, ut vera sit, quando de præiudicio tertij non tractatur, secus si in tertij præiudicium cederet. Et ponit exemplum Couar. statim allegandus, ut si cognatis hereditatem defuncti intestati iure optimo perentibus esset legitimatio facienda: vel si extaret filij legitimi adhuc ipso patre viuente (quamuis alij Doctores huius limitationis allegandi solum reputent in præiudicium tertij cedere legitimationem, quædo sit post parentis obitum.) Et ratio huius limitationis (quam verissimam repu-

to), est, quia potestas legitimi, & dispēsan di inter odiosa, & restringenda numerantur, quando in tertij damnnum pullulāt. (vt diximus, nu. 3.) Authores huius limitationis sunt, Anton. c. per venerabilem, nu. 13. qui filij sint legit. & ibi Alex. de Neu. n. 52. Præpos. ibi. §. quod autem. n. 2. fin. Paulus. d. l. 2. in principio, num. 4. Felin. c. at si clerici. §. de adulterijs, nu. 8. ad finem, de iudic. & c. postulati. n. 11. vers. secundus casus est, de rescript. Iason instit. de a dionibus. §. 1. n. 31. & ibi Angelus. n. 3. Antonius de Rosellis tractatu de legitimatione, lib. 2. tit. de causa materiali. n. 2. versic. sed iuxta ista quæro. Milis in repertorio, litera. F. num. 12. verb. filius, vers. filius qui est spiritus. Gábara de autoritate legati, lib. 10. n. 202. Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. nu. 9. Et hanc sequendam esse limitationem, adhuc retenta hæc posteriori sententia asseruat Aretinus. d. l. 2. in principio. n. 1. & Minchaca de successione creatione, lib. 5. 22. n. 51. sine dicit saltem in hoc casu hæc sententiam esse verissimam. Quamvis immerito hanc limitationem reprobat Iason. d. l. 2. in principio. n. 2. fine, & ibi Alex. n. 6. & l. si ita, in principio. n. 3. ff. de liber. & posth.

29 Intellige tamen hanc sententiam, quando in fauorem legitimi cōceditur hæc facultas legitimi: secus quando in ipsius legitimi fauorem. Ratio est, quia in priori casu est amplè interpretanda: in posteriori autem strictè, vt diximus, num. 6. & tenet Iacobus de Puteo ibi allegatus.

30 Tandem quando potestas legitimi concessa alicui loqueretur de spurijs, nulla limitatione apposita: cum spurius sit terminus generalis cōprehensens sub se omnes spurijs species (vt tradit Bart. l. finali, in principio. nu. 2. ff. de his quib. vt indign.) extendetur etiam ad casum mixtum, eod vel maxime quod potestas hæc sit favorabilis, & latè interpretanda. Et quibus aliqui respondeant spurium esse terminum generalem respectu casus simplicis, & non mixti. Sed hoc reprobat Decius statim allegandus. Quod natura generis sit includere quamlibet speciem, l. si quis sic stipuletur, ff. soluto matrim. & l. 2. §. doli. ff. v. bonorum rapt. vbi Bart. Et casus mixtus aut cōstituit tertiam speciem, & tunc talis sub genere comprehenditur, vel si non consistat nouam speciem, applicatur simplicibus, argumento ex l. queritur, ff. de statu homin. & sic semper sub genere includi-

tur.

dicitur. Et ita hanc partem sustinet Decius. c. at si clerici. §. de adulterijs, in noua editione. n. 14. & duplici sequenti, de iudic. & ibi Aretinus. n. 42. Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. nu. 8. quamvis minus bene teneat contrarium Alciatus. l. 2. in principio, nu. 41. & 42. vers. ex supra dictis. ff. de verb. oblig. dicens in potestate legitimi spurium non claudit mixtum.

Ad argumenta, num. 27. proposita respondetur. Ad primum constat ex dictis num. 28. vbi cum textum in non favorabilibus procedere diximus. Ad secundum respondet Bart. l. 2. in principio, numer. 2. ff. de verb. oblig. eam legem non facere ad rem: quia in ea agitur quando ex commixtione mutatur rei substantia: vt si ex duplici specie materia quedam tertia species conseruetur. At in nostro casu eadem species maneat. Ad tertium dicit cum Bartholom.

Socino. d. l. 2. in principio, num. 14. id tantum probare, exercitium legitimum esse odiosum, tam in Principe, quam in delegato: secus de potestate. Sicut licet dispensatio ipsa sit odiosa, at potestas dispensandi est favorabilis. Ad quartum & confirm. & 5. omnia solutione Decij cap. at si clerici. §. de adulterijs, in noua editione, numer. 120. de iudic. quam bene reprobat Galiaula. d. l. 2. in principio, numer. 14. & 15. respondetur cum ipsomet Galiaula, quæuis mixtum maius, & odiosius sit duobus simplicibus seorsum sumptis, & concessio minori non censetur regulariter concessum, quod maius est: at hoc fallit, quando agitur an disponens de duobus simplicibus separatis, ceseatur idem disponere de ipsis vnitis. Nam in materia favorabili dicendum est, sub illis simplicibus comprehendit mixtum, vt probauit. n. 28.

DISPUTATIO TERTIA.

An dispensatio personarum distinctionem exigat, ita vt nequeat a prelati erga semetipsum exerceri in ijs, in quibus possunt cum subditis dispensare?

SVMMARIVM.

An dispensationem in propriam possint prelati erga se exercere? nu. 1.

An dispensatio generalis concessa a prelati, ipsos quoque comprehendat? nu. 2.

An possint committere confessorio vt cum ipsis dispensent? n. 3. & ibi an oporteat vt sit proprius illorum confessorius: vel illi intendat fieri?

An possint secum proprie dispensare? Refertur duplex opinio. n. 4. & 5.

Romanus Pontifex potest secum dispensare? nu. 6.

Idem de Principe seculari, nu. 7.

Idem de Episcopis, & prelati habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, nu. 2.

Idem de prelati regularibus etiam localibus: & an hi habeant iurisdictionem quasi Episcopalem in subditos? nu. 9.

Idem de habenti potestatem delegatam dispensandi cum communitate, cuius ipse est pars, nu. 10.

An idem dicendum sit de habenti limitatam potestatem dispensandi cum certis personis, vel certo personarum numero? nu. 11.

Satisfit argumentis, nu. 12.

Premittendum est, duplicem esse dispensationem, quædam est proprie dicta, quæ est vera iuris relaxatio, & proprie actus iurisdictionis. Alia improprie, quæ potius dicitur licentia quædam, seu facultas: est que consensus quidam, seu approbatio superioris, nõ relaxans obligationem legis, vt quando in constitutionibus regularum præcipitur ne aliquid fiat absq. superioris licentia, nõ intendunt constitutiones id opus omnino interdiceri, sed tantum ne fiat sine ea conditione: nec licentia illa est proprie actus iurisdictionis, sed cuiusdam superioritatis, & si de hac impropria dispensatione loquamur, verissimum est, ac communi religionum vsu receptum, vt possint prelati secum dispensare, vtendo, nimirum, licentis, quas dare possunt suis subditis. Quippe expedit vt ij, qui alijs facultatem facere possunt, sibi quoque facere possint ne sint peioris conditionis quam subditi, nec enim habent superiore, quem facile adire valeant. Et ita docent. D. Thom. 2. 2. q. 185. ar. 8. Turrecre. de monachis. 16. q. 1. D. Anton. 3. p. tit. 29. c. 2. §. 7. Angelus.

verb.

verb. monach. n. 7. Syl. verb. religio. 6. q. 10. & religio. 7. q. 12. & testamentum. 2. q. 2. di. cto. 1. Tabiena, verb. Episcopus. q. 6. & ibi Armilla. nu. 8. Viger. lib. institutionu. c. 17. §. 1. ver. 21. Corduba addi. ad Collo. re. compendij mendicantium, verb. accedere ad monasteria monialiu. ad finē. Manuel. q. regular. tomo. 1. q. 45. art. fin. & hi duo reprobat. Collo. re. eo. verb. accedere ad monasteria monialiu. q. vltim. vbi malē negant posse religionū praelatos sibi facultatem concedere in ijs, in quibus possunt suis subditis concedere.

2. Secundo nec dubitandū est, quin quando in vniuersum dispensant praelati cū subditis in aliqua lege, hæc dispensatio ad ipsos quoq; praelatos extendatur, vt si praelatus religionis iusta causa dispēset vt aliqua die ieiunij carnes comedat totus conuentus, aut non ieiunet: vel Episcopus cū tota ciuitate, poterunt quoq; ipsi eadē dispensatione vti. Quod hoc nō sit directē vti iurisdictione in se ipsum, sed quasi indirectē, vtendo dispensatione in vniuersum ecclesia. Sicut Doctores communiter. 4. d. 20. admittunt praelatos concedētes generaliter indulgentias, posse quoq; illis vti. Ne peioris conditionis sint, quā subditi. Et ita in proprijs terminis tanquam rem certam tradunt Sotus. 4. d. 21. quæst. 1. artic. 4. in fine corporis. Ludouic. Lopez. 2. part. instruct. vbi de indulgentijs cap. 5. column. 32. ver. sed vtrum indulgentia. Quamquā id pauci negant, id quoq; in indulgentijs non admittentes.

3. Tertio dubitandum quoq; non est, posse praelatos suo confessario committere, vt cum ipsi dispensent in ijs omnibus, in quibus possunt cum subditis ipsi dispensare. Ne deterioris conditionis subditi sint. Cū subditi præ manibus habeant praelatum potentem cum illis dispensare. Atq; durissimum esset cogere praelatos soli Pontifici summo subditos ipsum adire, ad quāuis dispensationem obtinendam. Et ratio est, quia non repugnat quæpiā huiusmodi iurisdictionem in semetipsum exercere, etiam in absolutione sacramentali, committendo confessario vt ipsum praelatum absoluat: vt constat ex communi, & verissima sententia asserenti confessarium Pontificis ab ipso met fortiori iurisdictionem ad illum absolucndum. Ergo à fortiori id nō repugnat in dispensatione. Item quia dum cap. finali. de peniten. & remis. indulgentur Episcopis, & praelatis exemptis pos-

se eligere sibi confessarium; quamuis ibi textus de sola absolutione sacramentali mentionem faciat: at mens eius fuit his praelatis proficere in omnibus, per illum confessarium, quæ possunt ipsi in subditos exercere. Et ita loquentes de Episcopo fatentur Palud. 4. d. 38. quæst. 4. artic. 4. conclusio. 4. numer. 41. Gabriel. 4. d. 17. quæst. 2. ar. 3. dubio. 2. in principio. D. Anton. 3. par. tit. 17. cap. 2. §. 2. statim in principio. Angelus verb. confessio. 3. numer. 7. Sylu. verb. confessor. 1. quæst. 9. Tabiena, verb. absolutio. 1. n. 37. quæst. 17. Maiolus lib. 2. de irregular. cap. 2. numer. 12. & lib. 5. cap. 51. numer. 7. Henriquez lib. 6. de penit. c. 4. numer. 3. in commento, litera. I. & cap. 7. numer. 5. in commento, litera. B. & lib. 7. de indulgentijs. cap. 28. nu. 1. in commento, litera. H. Antonius Gomez in expositione Cruciatu, clausula. 10. in 85. Sayro in thesauro casuum, tomo. 1. lib. 7. c. 14. nu. 5. Emmanuel Sa summa, verb. confessor, n. 16. ver. confessor Episcopi, & verb. religio. num. 47. ver. praelati in religione. Et idem docent Henriquez, & Emmanuel Sa eisdem locis (& merito) de praelatis religionis. Potest enim confessor ab ipse eligi, ex eorum commissione cum ipsis dispensare in omnibus, in quibus ipsi praelati possunt cū subditis. Et bene addunt Maiolus, & Sayro ibidem, & Suarez de ceteris, disput. 41. section. 2. n. 9. dicens de decreuisse congregationem Cardinalium, idem esse dicendum de casibus occultis concessis Episcopo, in Trid. ses. 24. c. 6. de reform. Si enim Episcopus in eos incidat, potest absolutione, & dispensatione sui confessarij ad id elekti ab ipso vti. Neq; existimo oportere vt praelatus illi sacerdoti fateat, aut illi intendat fateri: sed satis est, vt ipsi concedat absolutionis sacramentalis impendendam ipsi praelato licentiam: vel alijs sacerdotibus ille iurisdictionem habet audiendi confessionem illius praelati: aut illum eligat ad hanc solam dispensationem faciendam. Quia iurisdictione illa cum praelato dispensandi, sicut & absolucdi, ab ipso praelato emanat: vel à Pontifice, qui. c. finali. de peni. & remis. concessit praelatis exemptis posse eligere confessores.

4. Difficultas autem tota eō pertinet, an possint praelati secum directē, & verē, ac propriē dispensare, verbis gratia, in votis, irregularitatibus, præceptis Ecclēsię, atq; in ceteris omnibus, quousque id possunt cū subditis? Et potest quidē hoc cōtrouerti tam

de

de summo Pontifice, quā de alijs praelatis inferioribus. Dicitur modē enim loquūtur doctores de his, Et primō id generaliter negant, exprimentes etiam sumum Pontificem, Anton. c. 1. n. 10. de constit. & ibi immola. n. 7. Alex. de Neuo. n. 66. Berouius. n. 108. Decius conf. 151. n. 10. vol. 1. Supplementum Gabrielis. 4. d. 38. q. 1. art. 5. colum. antepenultima, ver. si queritur an quispiam. Et potest id probari primō. Quod nemini auctoritatem in proprio factō praelate integram sit. 1. ff. de auctor. & consensu tutor. ibi. *Regula est iuris ciuili in rem suam auctorem tutorē fieri. nō posse.* Et clem. 2. de rebus eccl. nō alien. vbi decernitur valere vnionem alteri Ecclesię, vel singulari præbendæ capituli factā per Episcopum, de consensu capituli: secus si ipsi capitulo vnio fiat. Cuius rationem reddidit ibi Glossa, verb. capitulu, quod in prioribus non præstet auctoritatem capitulū in factō proprio, secus in posteriori. Secundo, quia idem super semetipsum iurisdictionem exercere nequit. Ille à quo, ver. tempussum. ff. ad Trebel. §. 1. penultim. ff. de recept. arbit. & docent. D. Tho. 4. d. 20. q. 1. ar. 5. quæstiuicula. 4. ad 1. Angles floribus. 2. p. vbi de indulgentijs, ar. 3. difficult. dubio vnico. Et ita Durand. 4. d. 20. q. 3. nu. 6. ne contra ferē omnes tueatur indulgentias non posse cōparari ab eas concedenti, quasi coactus assentit concessionē indulgentiæ non esse actum iurisdictionis, sententiæ ad eō repugnare vsu iurisdictionis erga semetipsum, vt nec vsu iurisdictionis admittat: velit. At dispensare cū aliquo est erga eum iurisdictionem exercere. Dispensatio enim propria est actus iurisdictionis. Ergo nec Pontifex valet secū dispensare. Et confirmatur. Quia dispensatio est actus superioris in subditum, atque idē dispensatio nō subditis minimē prodest. At nemo se ipso superior esse potest. Tertio, quia eiusdem est ligare, & soluere c. inferior. d. 21. & c. cū inferior, de maior. & obed. At nemo potest se lege aliqua ligare, vt constat etiam de supremo Principe, quem suis legibus quoad vim coactiuā non ligari docent vniuersi. Nec igitur poterit se ipsum à legis obligatione absolue re, secum dispensando. Quatō idem constat ex. finali. de institut. vbi deciditur, eum, qui beneficium conferre potest, non posse se ipsum instituire. Et redditur ratio his verbis. *Cum inter dantem, & accipientem debeat esse distinctio personalis.* At dispē-

sanus est beneficium dispensationis recipiens: is verō cum quo dispensatur, est id beneficium recipiens. Et confirmatur, quia communis Theologorum sententia. 4. d. 20. sustinet nec Romano Pontificē potesse sibi indulgentias concedere. Cuius rationem reddidit ibi Palud. q. 4. ar. 3. n. 49. conclus. 5. eō quod inter dantem, & accipientem debeat esse distinctio personalis. Et hæc sententia probabilis est.

5. Alij autem soli Romano Pontifici concedunt posse secum dispensare, negantes id praelatis alijs inferioribus. Ducuntur, Quod in praelatis inferioribus non reputatur plenissima potestas, qualis est in Pontifice, sed habeant potestatem immediate deriuatam ab illo, iuxta veterem sententiam. Neque vergeat necessitas in eis, quæ cogit id Pontifici concedere. Hic enim caret superiore, quem ad eam secum dispensaturum. At illi Pontificem habent. Et confirmatur ex. c. magna, de voto, vbi Innocentius. III. loquens cum Trecenti Episcopos, qui peregrinationē ob certam causam iam cessaret, venerat, quasi ipsum laudans ait noluisse illi absq; Sedis apostolicę consilio, voti obligatione se exemptum iudicare, vbi Glossa, verb. consilio, ait & bene. *Quia nemo iuramentum, vel votum suum debet interpretari.* Secundo, quia cū dispensatio sit in lege superioris, nequeunt praelati eam potestatem secum dispensandi habere, nisi ex præsumpta superioris commissione. At ratio dicit eam commissionem non præsumi. Cū nō expediat eos ea potestate in semetipsum vti: cum per confessorum possint sibi ipsi consulere, vt nu. 3. diximus. Et confirmatur, quia idē potest superior in voto subditi dispensare, quia ea voluntas, qua se obligauit erat superioris subditi. At voluntas praelati sibi non est subditi, ergo nequit secum dispensare. Et idē hanc partem expressē videntur tueri Felinus. c. 2. n. 20. de sponsal. & c. 1. n. 33. de constit. & ibi Decius in 2. lectura, in noua editione. nu. 2. 4. vbi tanquam quid speciale asserunt posse Pontificem se à proprio iuramento absolue re, quod careat superiori: nec ligetur iure pontificio petenti di. distinctione inter dantem, & accipientem. Et expressē tenent Abbas. c. magna. n. 2. notabili. 1. de voto, & c. at si clerici. §. de adulterijs. n. 10. de iudic. & ibi Anton. nu. 17. Decius in noua editione. n. 109. Alex. der de Neuo, nu. 17. Hippolitus. n. 101. Miles in repertorio, litera. D. n. 23. verb. dispē-

fatio,

fatio, verſi dispensare poteſt contra propriam. Henricus Bottæus tractatu de Synodo Episcoporum. 2. par. 4. n. 13. Roſel. verb. votum. 5. n. 2. Angel. verb. votum. 4. n. 7. Sylu. verb. votum. 4. q. 3. fine. Tabiena verb. iurare. q. 20. n. 21. Paulus Borgofius de irregul. p. 6. tit. de voto. n. 16. r. Anton. Gomez in expositione Cruciatæ. claufula. 10. n. 87. & ex Theologis Paludan. 4. d. 20. q. 4. ar. 3. concl. 5. n. 49. & d. 38. q. 4. ar. 4. cõcl. 4. n. 41. Henriquez tribus locis, quos n. 3. allegauit. Azor lib. 3. inſtitutionum moral. c. 15. q. 6. Et loquentes de religionum prælatiſ negant ſecum poſſe diſpensare Collector priuilegiorum mendicantium, verb. accedere ad monaſteria monialium. q. vltima: & ibi Corduba in additionibus, ad finem. Manuel. q. regular. 1. tomo. q. 45. art. finalis. Limitant tamen hoc Decius. d. 5. de adulterijs. num. 109. & ibi Hyppolitus. nu. 109. Paludan. 4. d. 38. q. 4. ar. 4. concl. 4. n. 41. Corduba proximè allegatus, niſi periculum ex mora aduendi ſuperioris immineret. Obſerua etiam omnes hos Doctores expreſſè negare hanc poteſtatem in prælatiſ inferioribus, & ita eam in Pontifice videri ſupponere. Qui autem expreſſè in Põtiſice eã concedunt, referuntur. n. ſequenti, ſine. Et hæc quoq; ſententia valde probabilis eſt.

6 Prima tamen conſuſio ſit. Probabilius eſt, poſſe Romanum Põtiſicem erga ſe ipſum diſpensare in ijs omnibus, in quibus poteſt cum ſubditis. Ducor, quòd ſuppoſito nullatenus repugnare iure nature hanc diſpenſandi iuriſdictionem ab aliquo erga ſe ipſum exerceri: id pleniffimè poteſtati Pontificis nulli iuri humano ſubiecti negandum non eſt. At nullatenus id repugnare probatur ex ſequètib. Primò, quia iuriſdictione hæc ſecum diſpenſandi nõ eſt contentioſa, quæ teſtium probationem, ac partiſ citationem deſideret: vt vel ſic diſtinctionem perſonarum exigat, quaſi iniquum ſit in propria cauſa ſibi met ius dicere contraſ ab aduerſario intentum. l. vnica. C. ne quis in ſua cauſa. Sed ſolam poſtulat veluti direktionem ex prudenti iudicio ad perpendendam diſpenſationis cauſe iuſtitiam. Quod non repugnat erga ſe ipſum ab aliquo haberi: quanuis expedientius foret alieno iudicio ſtare. Neque eſt hæc iuriſdictione aliqua punitiua, ſeu coactiua, qua in ſemet exerceri repugnat. Sed eſt voluntaria iuriſdictione, ac proinde huiusmodi repugnantia caret. Nec perti-

net ad abſolutionem ſacramentalem, quæ iure diuino poſtulat diſtinctionem perſonalem inter abſoluentem, & abſolutum. Atq; ita diſcrimen hoc conſtituerunt D. Thom. 4. d. 20. q. 1. ar. 5. quaſi ſingulari. 4. ad. 3. & ibi Durand. q. 4. n. 10. Ledefma. 2. p. 4. q. 29. ar. 4. fine, aſſerentes auctum, qui inſtat ſententiæ exercetur, vt excommunicare, non poſſe ab aliquo erga ſe ipſum exerceri, ſecus de actu, qui per modum diſpenſationis ſit. Et Sorus. 4. d. 21. q. 1. art. 4. in fine corporis, & Ludouicus Lopez 2. p. inſtructorij, vbi de indulgentijs. c. 3. columna. 33. ante verſ. præterea circa illa quaſtionem, vbi reſpondentes argumentõ probant non poſſe prælatum conſequi indulgentias, quas generaliter populo concedit: eò quòd hæc conſeſio ſit actus iuriſdictionis, qua nequit quiſpiam vti erga ſe: dicunt neminem poſſe vti iuriſdictione in ſe ipſum ſe cogendo, aut ſacramentaliter abſoluendo, quia hic actus eſt perſonalis vnus in alterum. Vbi clarè extra hos duos caſus videntur admittere vſum iuriſdictionis in ſemet ipſum. Et Valentia 4. p. diſput. 7. q. 20. pun. 80. 3. columna. 3. verſ. ſecundò aſſerimus, aſſerens prælatum obtinere poſſe indulgentias ab ipſo conſeſſas, eam reddit rationem. Quia licet iſ ſit actus iuriſdictionis, non eſt talis, qui vim coactiuam exercet, ita vt neceſſariũ ſit eum exerceri circa aliquem alium. Et confirmatur, quia in voluntaria iuriſdictione poteſt quis plurium vices ſuſtinere: dummodò exercitium vnus actus non obſtet exercitio alterius. Quod latè probat Abb. c. ex literis. n. 11. de probat. Et conſtat ex l. ſi conſul. ff. de adoptione. vbi ſi filius familias præſes ſit, poteſt ſemet ipſum emancipare, vel in adoptionem tradere. Et ex l. vna. ff. de offic. cõſulis, vbi cõſul apud ſemet ipſum poteſt manumittere ſeruũ ſuũ: atque ita repræſentat perſonam domini, ac perſonam conſulis. Et ideò Abb. d. c. ex literis. nu. 12. concludit poſſe quempiam vices duorum ſuſtinere, niſi ſpecialiter ſibi interdicitur. Quare idem Abb. c. finalis. n. 5. de inſtitut. vbi decernitur eum, ad quem dignitatum collatio ſpectat, nõ poſſe ſe ipſum inſtituere: reddita ratione, quod inter dantem & accipientem debeat eſſe diſtinctio perſonalis: opponit varios textus probantes integrum eſſe alicui ſuſtinere vices duplicis perſone, & ita videri dicendum in caſu illius textus. Reſpondet hoc deſicere in caſu illius textus, eò quòd

permiſſio exempli eſſet, ac ambitionem ſapientis, ſi prælatiſ beneficia, quorum diſtributor eſt, ſibi conferret. Et remittit huius quaſtionis reſolutionem ad id, quod ipſemet dixerat. c. ex literis, de probat. vbi. n. 11. & 12. ſuſtinet in iuriſdictione voluntaria, quando non eſt ſpecialiter vetitũ, poſſe eundem vice plurium fungi. Vnde dum ille textus. d. c. fin. reddit eius deciſionis rationem, quòd inter dantem, & accipientem debeat eſſe diſtinctio perſonalis: dicendum eſt hanc rationem non eſſe generale: vt conſtat ex textibus in contrarium adductis, & ex doctrina Abbatis allegata: ſed eſt ſpecialis in illo caſu, vt videretur iniquiſ ambitionis exemplum in prælatiſ. Quod amplius conſtat. c. per noſtras, de iur. patron. vbi decernitur nullum ſe ad dignitates præſentare poſſe, redditur ratio his verbis. Nullus ſe ingerere debet Eccleſiaſtica prælationis officijs. Secundò, quia neq; in naturalibus ac repugnantiã inuenitur. Quippe idemmet ſecundum diuerſas rationes poteſt eſſe agens, & patiens reſpectu ſui ipſius, vt potentia viſiua quatenus exercet actum viſionis, agit: & quatenus ſubiectũ eſt illi uſinet actus, paritur. Nedum in moralibus id non repugnabit. Et ita ſacerdos miniſtrans ſibi Euchariſtiam, quatenus miniſtrat dicitur ſibi conferens: quatenus autem recipit, dicitur recipiens. Atq; in iure canonico eandem perſonam ſecundum diuerſas rationes diuerſa munera obire, ac eſſe ſubditum, ac ſuperiorem reſpectu ſui ipſius, inuenimus, vt conſtat ex cap. quod ſicut. §. ſuper eo, de elect. vbi reprehenditur Archiepiſcopus, qui nondum recepto pallio ordines contulit: quòd non tanquã ſimplex Epicoſus, eũ talis nõ eſſet, ſed tanquam Archiepiſcopus, cui interdicitur eſt pontificali exercitio ante pallium receptum, id fecerit. Atq; idẽ immunis culpe foret, ſi antea Epicoſus eſſet, vbi Gloſſa, verb. tanquam, inde infort quãdam faceret quempiam tanquam alium: & allegat c. ſi Eccleſia, in fine. 23. q. 4. quod eſt deſumptum ex. D. Aug. Epitola. 90. ad Bonifacium, vbi dicitur regem inſeruire Eccleſiæ quatenus homo eſt, viuendo fideliter, quatenus autem rex eſt, iuſtas leges, indicẽdo. Et. c. a collatione, de appel. in 6. eũ appellatio diſtinctionem perſonarum inter iudicẽ, a quo, & iudicẽ ad quem deſideret, & vt ſtat ab inferiori iudice ad ſuperiorem, decernitur a collatione facta per Epicoſum cum capitulo, poſſe appellari

ad ipſum Epicoſum: ſi vbi vt Canoniciſ interſuerit, ſecus ſi vt Epicoſus, & Bald. l. eos, in principio, nu. 2. C. de appellat. tradit appellacione facta ab Epicoſo ad Archiepiſcopum, ſi Epicoſus mox creetur Archiepiſcopus illius diocęſis, ad quã appellatum eſt, poſſe eum cognoscere de illa appellacione, inſtat noui hominis. Non ergo repugnat Põtiſicem vt hominem ſibi met quatenus Pontifici ſubdi. Sicut Epicoſus quatenus canonicus ſubditur ſibi met tanquam Epicoſo: & quatenus Epicoſus ſubditur ſibi met quatenus Archiepiſcopo poſtea factõ, vt in exemplis traditis conſtat. Secundò probatur, quia ſi bene res perpendatur, niſi referat vtrũ prælatiſ in vniuerſum diſpenſans cum communitate, poſſit ea diſpenſatione frui: in ſeorſum cum ſingulis diſpenſans, ſecum quoq; ipſemet diſpenſat. Nam in vtroque caſu idem erga ſe ipſum iuriſdictionem exercet, ac vice ſuperioris, & ſubdiſi fungitur: ſuperioris quidem, quatenus diſpenſat, ſubdiſi verò, quatenus ſecum diſpenſatur. Cuius ſignam eſt, nullum ex ea communitate, qui ſubditus nõ ſit, poſſe ea diſpenſatione frui. Atque ita doctores, quos in prima ratione huius conſoluſionis adduximus, vt deſendant poſſe prælatos conſeſſe qui indulgentias ab ipſis conſeſſas, coguntur dicere actum huiusmodi iuriſdictionis non deſiderare veram perſonarum diſtinctionem. Adde ſi iuriſdictione ad diſpenſandum eius eſſet natura, vt veram perſonarum diſtinctionem poſtularẽt, qualis eſt iuriſdictione punitiua, ſeu coactiua, vt poteſtas excommunicandi, nullatenus etiam in vniuerſitate exercita poſſet comprehendere exercentem, vt ſi Pontifex omnes alius delicti reos excommunicet, non comprehenditur ipſemet eidem delicto obnoxius: & idem de Epicoſo excommunicati. Ergo iuriſdictione diſpenſandi non petit neceſſariò diſtinctionem realem perſonarum. Dices forte eam generale diſpenſationem non prodeſſe diſpenſanti, ex vi voluntatis eius, ac poteſtatis, ſed ex voluntate, ac voluntate ſuperioris, quod illam habet, vel Chriſti, ſi Papa ſit. Sicut quãdo Princeps legẽ edit, illa ligatur quoad vim directiuam, non ex ſua voluntate, ſed ex naturali, ac diuino iure. At facilè hæc euafio impugnatur. Cum neq; ea ſuperioris, aut Chriſti diſpenſandi voluntas cum prælato generaliter diſpenſanti conſtat ex alio quo iure diuino, aut Põtiſicio. Nec eſt ſi-

mille quod adducitur: quia in eo simili reperitur ius naturale dictans rationi dissonare, Principem, qui caput est, non cōformari cum membris, in moribus qui ex eo ius potestate, ac voluntate pendunt. At in nostro casu non est principium naturale id dictans in dispensatione. Cūm facile sibi Pontifex consulere possit, committit suo confessorio ut secum dispense. Quod omnes admittunt (vt n. 3. diximus.) Colligitur ergo aperte id proficisci ex voluntate, ac iurisdictione prelati ad dispensandum secum: ac proinde non repugnare exercitium huius iurisdictionis in seipsum. Tertio, quia cūm nil quod requirit personarum distinctionem, ac iurisdictionis actus, si quidem de eius ratione esse esse ad alterū, datur iustitia eiusdem personæ ad semetipsum diuersis rationibus consideratam, vt constat in Christo Domino nostro, qui vt Deus homo satis fecit de rigore iustitiæ, & quatenus vna erat ex personis diuini. sibi ipsi satis fecit. Et debitor incertorum de rigore iustitiæ soluit, si sibi quatenus pauper est, debitor assumat. Atque adeo vt debitor satis fecit de iustitiæ, & vt pauper, est ius cui satisfactio fit. Et ideo pro hac cōclusionem sunt aperte Doctores, quos in prima eius probatione retuli, quatenus admittunt posse hanc iurisdictionem ab aliquo erga semetipsum exerceri. Et in proprijs terminis sustinent hanc Felinus. c. 21. n. 20. de Sponsal. & c. 1. n. 33. de conflict. & ibi Decius in. 2. l. c. tura, in noua editio. n. 24. & id colligunt ex Abbate ibi. n. 7. & c. proposuist. n. 13. de cōcessione præb. dicenti non posse Pontificem se absque causa legitima à iuramento absolueret: quasi sententiā cōtrario sensu id posse ex iusta causa. Eandem tenent Sylu. verb. Lex. q. 14. si ne Tabiena, verb. iurare. q. 20. n. 21. Contra dus in templo omnium iudicum, lib. 1. c. 1. §. 3. verf. 6. Flaminus de resignat. beneficiorum, lib. 3. q. vltima. n. 130. Ant. Gom. in expositione Cruciatæ, clausul. 10. n. 87. Et supponunt Couar. alma mater. 1. p. §. 1. n. 7. & Corduba in questionario, lib. 4. q. 1. col. 4. verf. 4. idem prebatur, vbi dicit non posse Pontificem secum absque causa dispensare. Atque adeo à cōtrario sensu supponere videntur posse cum causa. Et ex theologis docent Palud. 4. d. 38. q. 4. art. 4. concl. 4. n. 41. & ibi Mayronis. q. vnic. sine. Caiet. 1. 2. q. 96. art. 5. colum. 3. verf. ad hoc dubium præmittenda sunt. Sorus. 4. d. 18. q. 1. art. 5. concl. 2. & lib. 1. de iustit. q.

6. art. 7. ad finem, verf. quando autem. Ledesma. 2. p. 4. q. 29. art. 4. fin. Iacobatus de concilijs, lib. 7. ar. 5. Suarez. 2. tom. in. 3. p. q. 82. ar. 11. disp. 36. section. 2. colum. antepenultima, verf. solet vero: & 4. tomo, vbi de indulgentijs, disputat. 12. section. 1. n. 20. Henriquez lib. 6. de penit. c. 4. n. 3. in commento, litera. L. & c. 7. n. 5. & lib. 7. de indulgentijs. c. 18. n. 1. in commento, litera. H. Azor lib. 5. institutionum moralium c. 15. q. 6.

Secunda conclusio. Idem dicendum est de supremo Principe seculari, potest enim secum dispensare in ijs omnibus temporalibus, in quibus potest erga subditos. Quod habeat plenissimam, ac supremam potestatem in temporalibus, sicut Pontifex in spiritalibus. Item quia. c. per venerabile, quod filij sint legitimi decernitur regi integrum esse sobolem propriam illegitimam legitime, dispensando cū ea quoad successione, ac dignitates temporales. Quia in re secummet quoque dispensat in lege hec interdicenti, & ita Sylu. verb. Lex. q. 14. fin. generaliter loquitur dicens posse principem secum dispensare.

Tertia conclusio. Probabilis quoque reputo posse Episcopos secum dispensare in ijs omnibus casibus, in quibus possunt cum subditis. Ducor, quod fecunda ratio num. 6. adducta ad probandum hoc posse Pontificem, habeat eandem vim in Episcopis. Cūm dicendum sit posse eos vti dispensatione generali, quam concedunt ciuitati, vt probat ratio, quam n. 2. posui atque Sorus, & Ludouic. Lopez ibi allegati hoc asserentes, loquuntur vniuersaliter de prelati. Secundo, quia vt hac iurisdictione erga se ipsum non repugnat iure naturæ, (vt n. 6. satis ostendimus) nec etiam iure aliquo Ecclesiastico. Nam (vt eodem. n. 6. probaui) ius Ecclesiasticum petens distinctionem personalem inter dantem & accipientem, non generaliter id decidit, sed in casu speciali collationis beneficiorum, ad vitandum pernitiosum prelati exemplū. Ergo id Episcopo concedendū est. Eo vel maxime quod Episcopus sit prelati ordinarius in sua diocesi, atque in illa possit quidquid Pontifex in toto orbe, nisi Pontifex sibi referret (vt probaui lib. 1. disp. 61. n. 3.) At textus non reperitur hoc Episcopis interdicens. Tertio, quia aliqui opinantibus contrarium (vt retuli. n. 5. sine) fatentur posse Episcopos secum dispensare, quando nequit commodè superio-

adiri,

adiri. At tunc adhuc non videtur necessitas. Quia possunt à cōfessorio petere, vt cū illis dispense. Tandē quia non video quare ratione hoc Pontifici cōcedatur, & non Episcopis. Cō rationes probantes id non cōpetere Episcopis, idē quoque de Pontifice probant (vt n. 4. vidimus.) Nec plenitudo potestatis Pontificiæ, eiusve necessitas, id speciale esse in Pontifice suadeat. Quæ sunt rationes, quibus id probat eā differētiā statuentes (vt n. 5. vidimus.) Nō plenitudo potestatis. Quia hæc plenitudo præceteris prelati, in eo solo varietur, quod sit generalis in toto orbe, ab ipsaq; omnium prelatorū potestas deriuetur, possitque ex iustis causis cōrariari. Et nullus est textus nec ratio probans ad eā pertinere, vt solus Pontifex possit secum dispensare. Non etiā id sua det necessitas Pontificis superiore parentis, quæ adeat vt secum dispense. Quia cōfessorem habet, cui cōmittere potest, vt secum dispense (vt diximus. n. 3.) Pro hac sententiā faciūt. D. Tho. Turrec. D. Anton. Angelus, Sylu. Tabien. Armill. Viguerius, vbi eos retuli. n. 1. tradunt enim monachum factū Episcopū posse secum dispensare in obseruantijs regularibus, sicut potest prelati religionis secū. Pro eadē parte sunt Doctores, quos. n. sequenti referat, id concedentes de prelati regularibus, qui tamē non tanta potestate gaudent, quā Episcopi. Et generaliter de prelati loquūt id docet Manpel in bulla cruciata. §. 8. dubio. 6. n. 11. & in 2. tomo summa. c. 30. n. 4. Quare idem potius dicendum est de prelati alijs habentibus iurisdictionē quasi Episcopalem in sua diocesi nulli Episcopo subiecta. Quia in iurisdictione non distinguuntur ab Episcopis. Et ideo militant eadē prorsus rationes.

Quarta conclusio. Idem cōseo de prelati regularibus, siue generalibus, siue provincialibus, siue præpositis localibus, qui toti domui præfunt, & eorū absentium vice gerentibus: vt sunt vicerectores, viceprioris: hi enim omnes possunt secum dispense in omnibus ijs, in quibus possunt cum subditis. Quod hi omnes iurisdictione quasi Episcopali fungantur in suos religiosos, ac potestate ordinaria dispensandi in ieiunijs, ac votis subditorum, ac alijs præceptis, ratione sui muneris, instar Episcoporum cum suis subditis, vt bene docet Azor statim allegandus. Et prelatos regulares habere authoritatem quasi Episcopalem in suos subditos probat Na-

uar. lib. primo conf. in 2. ed. ion. rit. de tempor. ordin. conf. 36. n. vnic. & in summa. c. 12. num. 75. & ratio est, quia sunt pastores ordinarij suorum religiosorum: sicut Episcopus secularium. Ergo idē dicendū est de ipsi, quod de Episcopis diximus, numer. præcedenti. Secundo, quia militat eadem ratio, nu. 6. adducta, quam nu. præcedenti in Episcoporum fauorem ponderauimus. Dum enim cum toto conuentu dispense, eadē possunt frui dispensatione. Fandem quia non debent esse in hoc peioris conditionis quā subditi, cum quibus ipse superior dispense potest. Et ideo hanc partem tenent Armilla, verb. monachus, numer. 9. Molina tomo. 1. de iust. tra. 2. disput. 247. verfic. religiosus tamē. Emmanuel Sa summa, verb. religiosus, numer. 47. verf. prelati in religione. Azor lib. 7. institutionum moralium, cap. 29. q. 6. Manuel duplici loco allegato in. n. præcedenti, & suent. D. Th. & alij, quos. n. præcedenti allegaui, dicentes posse prelatos regulares secum in obseruantijs regularibus, sicut cum subditis dispense.

Quinta conclusio. Idē cōseo, vbi quispiā nō haberet ordinariā, sed delegatā dispensandi potestatem in vniuersum cū aliqua cōmunitate, cuius ipse est pars. Nam potest in iisdē rebus secū quoque dispense. Tū quia potestas illa nō est limitata. Tū etiā ne peioris cōditionis sit, quā ceteri ex ea cōmunitate. Demū quia procedit ea ratio duplici. n. præcedenti ponderata in ordinariū fauorem, nēpe, ipsum dispensantem cum eadē cōmunitate posse quoque, illa dispensatione frui. Et ita Manuel. 2. tom. sum. c. 30. nu. 4. fatetur hoc, siue potestas dispensandi sit ordinariā, siue delegatā.

Vltima conclusio. Quia haberet limitatā dispensandi potestatem cū certis personis, vel cum determinato personarum numero, quantum eis non exprimitur, nequiret secum dispensare. Prior pars constat, quia potestas illa non extenditur ultra cōcessionis limites. Cū ergo sit ad certas personas, in quibus ipse non comprehenditur, non poterit erga se ipsum. Posterior vero pars probatur, quia cū sit ad certum numerum præscripta, non videtur mens concedentis, vt in eo comprehendatur ipse delegatus. Item quia deficit ratio potissimum ponderata, numer. præcedenti. Cū huic nulla cōmunitas subdit, cū qua dispense possit: sed cum numero determinato potest.

Ecc Ad

Ad argumenta. n. 4. proposita responde-
tur. Ad primum dic in ijs casibus esse spe-
ciale, gratia fraudum vitandarum: ac proinde
nu. 6. probauimus in multis iurisdictionis
voluntariæ actibus posse quempiam in re
suam auctoritatem prestare, vt in emanci-
patione: mac serui manuisione. Ad se-
cundum & confirmationem constat ex di-
ctis, nu. 6. vbi probauimus iurisdictionem
voluntariam hanc posse ab aliquo in se-
metipsum exerceri: & satis esse, si eadem
persona respectu sui ipsius sit superior, &
inferior secundum diuersas rationes. Ad
tertium dic distinguendum esse id axioma,
eiusdem esse ligare, & soluere: est enim
veram ad hunc sensum, vt nemo possit
in vniuersum soluere legem, nisi qui illa
ligare potest. At intellectum in quolibet
casu speciali, non est vniuersaliter verum.
Sed ipsemet qui facultate dispensandi
cum communitate gaudet, quamuis se
ipsum nequeat lege ligare, potest tamen
secum dispensare. Sicut videmus Episcopum
qui lege seiniij generali non ligat,
posse in illa lege in casu speciali dispensare,
licet nequeat illum in vniuersum soluere.
Ad quartum constat ex dictis, nu. 6. vbi
probauimus eam decisionem non esse genera-
lem, sed restringi ad beneficiorum col-

lationes. Ad confirm. die satis probabile
esse contrarium, vt de Pontifice sustinet
Henriquez lib. 6. de penit. cap. 7. numer.
5. & lib. 7. de indulgent. cap. 28. numer.
1. commento, litera. H. Suarez de indul-
gentijs, disput. 52. sectione. 1. numer. 22. &
licet num. 19. non definit idem de Episcopis,
sed iudicandum dicit iuxta concessio-
nes eis factas: at hoc non ininitur di-
uersitati personarum requiritur: sed ratio
huius traditur à D. Thoma. 4. d. 10. quæst.
vnica, artic. 5. quæ si iuncta vitima, quod
nulla possit iusta causa subsistere, vt præ-
latus possit sibi directè indulgentias con-
cedere. Ad argumenta. n. 5. adducta respon-
detur. Ad primum dic costare ex dictis. n. 7.
vbi vtrâq; ratione infirmauimus. Ad con-
firm. dic illud approbasse Pontificè tanquã
valde decet, nõ tamen tanquã necessariũ.
Ad secundũ dic quantum expediat vt per
confessorẽ exercet prælati eã iurisdictionem
erga se ipsos: esse tamen expeditius,
vt ea facultate gaudeant ordinarij, vt secũ
possint, sicut cum subditis dispensare, ad
tollendos serupulos, & ne prioris condi-
tionis sine quã subditi. Ad confirm. con-
stat, ex dictis, nu. 6. vbi eundem vt homi-
nem sibi vt superiori posse subdi, ac id sa-
tis esse probauimus.

DISPUTATIO QUARTA.

An Prelati non solum verbis, sed etiam facto ipso dispensare censentur quoties admittunt ad aliquem actum habentes iuris impedimentum ad illum, aut patiuntur eiusmodi actum ab illis exerceri?

SUMMARIVM.

Dispensatio non exigit verba determinata:
& quotæ quæstiones disputantur, nu. 1.
An Princeps dispenset, cum scienter admittit
ad actum iure impeditum, nu. 2.
An hæc scientia presumatur: & an probari ne-
queat testibus, sed sola addita in literis,
clausula ex certa scientia? Refertur duplex
sententia, n. 3. & 4.
Sententia Authoris, & cur clausula motu pro-
prio non probetur testibus, nu. 4.
An addita clausula, ex certa scientia, presuma-
tur scientia, & dispensatio, nu. 6.
An desideretur conscientia probari scientiam,
vt presumatur dispensatio, nu. 7.
An necesse sit in literis fieri mentionem vitij,
quo promotus laborat? nu. 8.

Quid, si Princeps vrgente necessitate inhabi-
lem promoueat? nu. 9.
An censetur dispensatio quoad eum solum a-
ctum: & quid, si contra dispensationem possit
aliud presumi? nu. 10.
An ignoranter admittens censetur dispensa-
re, si conscienter admittit? nu. 11.
Quid, si vitij obliuiscatur, vel nõ aduertat: vel
credat dispensatam cum illo? nu. 12.
An idem dicendum sit de inferioribus, si impe-
dimentum sit eorum lege inductum? nu. 13.
Quid, si Princeps admittat impeditum iure di-
uino, in quo potest dispensare? nu. 14. & 18.
An prelati inferiores admittentes iure con-
muni impediti, censentur dispensare? Refertur
duplex sententia n. 15. & 16.
Explicatur sententia Authoris, n. 17.

An oporteat impedimentum esse et tanquã iu-
dicius notum? nu. 19.
An desideretur citatio eorum quorum interest?
nu. 20.
An exigatur decretum dicens, decernimus eũ
idoneum? nu. 21.
An quando causa est notoria, exigatur causa
cognitiua? nu. 22.
An requiratur vt intendat dispensare? nume-
ro 23.
Satis sit argumentis, nu. 24.
An sola patientia factus presumi dispensatio-
nem hanc? Refertur quadam sententia, nu-
mer. 25.
Proponitur sententia Authoris, nu. 26.

Supponimus tanquã indubitatum,
nulla esse verba iure præscripta ad
dispensationem faciendam: sed facta
esse quæcunq; siue verba, siue facta,
ex quibus animus dispensandi in dis-
pensare potente deducatur. Quod omnes
Doctores allegandi admittunt. Duplex au-
tem quæstio cõtrouertitur. Prior est, an fa-
ctum admittens superioris iure impedi-
tum ad actũ, sit eius animi dispensandi sig-
num sufficiens: ac proinde presumatur dis-
pensatio? Posterior, an sola patientia, & ta-
cituritas superioris videntis eum actũ ab
illo exerceri, sit tacitæ dispensationis sig-
num: ac dispensationem inducat?

Circa priorem quæstionem, si de supre-
mo Principe, vt Pontifice, vel Rege loqua-
mur, concursus est omnĩ sententia, quando
impedimentum est iuris humani, & sciens
admittit, presumi animum dispensandi, ac
induci veram dispensationem, quãvis Prin-
ceps cause cognitionem non præmiserit,
vt si Pontifex scienter admittat irregularẽ
ad ordines, vel beneficia: vel iure humano
impedito matrimonio coniugat: vel Rex
lege inhabilem, vt seruũ, iudicem consti-
tuat. Et ratio est, quia vt valida sit suprema
Principis in lege humana dispensatio, non
desideratur cause cognitio, sed eius volun-
tas dispensandi satis est. De qua sufficien-
ter constat, si indignus scienter promo-
uetur. Et probatur ex l. Barbarius. ff. de of-
ficio prætoris, vbi duplex casus continetur.
Prior, cum ignorata seruitute est electus
Barbarius prætor: & tunc decidit rextus
gesta per eum valere ratione communis er-
roris, ac publicæ utilitatis (vt latè proba-
ti lib. 3. tota disput. 22.) Posterior, quan-
do populus Romanus detecta seruitute cõ-
sensit eum prætura fungi. Et tunc decidit

gesta valere, quod videatur eum ex vi il-
lius consensus libertate donare, vt opti-
mè explicat Aymon consil. 98. numer. 10.
lib. 5. Item ex l. quidam consulebat. 57. in
fine. ff. de re iudic. vbi deciditur princi-
pem minori magistratum conferente, cõse-
ri dispensare, ne gesta per illum valore de-
stituantur. Hanc etiam partem probant ra-
tiones, quas nu. 17. afferam ad probandum
idem de inferioribus Principe.

Ea tamen Principis scientia minimè præ-
sumitur, vt potè quæ quid facti est, vt do-
cent post Doctores hoc, nu. & duplici fo-
quenti allegandos, Felin. c. prætura. nu. 9.
de testibus cogend. Grammaticus cõsilijs
ciuilibus, consil. 48. ad finem. Quare illi in-
habili onus eam probandi incumbit: vt po-
tè quæ fundamentum suæ intentionis alle-
gantis secum ex illo actũ dispensationem, est.
Discordant autem Doctores circa modum
huius scientiæ probandæ. Quibusdam pla-
cet eam probari non posse, vt presumatur
ex eo actũ dispensatio, nisi in literis pro-
motionis addatur clausula, ex certa scien-
tia: atque ita testium probationem nil con-
ferre. Ducuntur, quia aliquid proprio mo-
tu Principis effectum esse, testibus proba-
ri nequit, sed sola clausula, motu proprio,
addita in literis, vt expresse deciditur, cap.
si motu proprio, de præb. in 6. Sic sentire
videtur Glossa clem. 2. in fine, de rescrip-
& cap. statutum, in principio, verb. litera-
rum, in fine, de rescript. in 6. ait enim esse
opus actum fieri ex certa Principis scien-
tia, hoc expresso. Et tradunt Bart. l. fina-
li numer. 4. vers. sed contra hoc, in fine. C.
sententiam rescindi non posse. Immo l. i.
finali, colum. 4. num. 1. fine: ff. de iuris ap-
pell. non licet, & alij, quos refert Anto. Ga-
briel tom. 3. cõmunium, lib. 1. tit. de præ-
sumpt. concluf. 8. n. 5.

Alij censent non esse opus addere clau-
sulam, ex certa scientia: sed satis esse, atq;
requiri, vt ex literarũ rescripti tenore, vt
ex facti narratione cõstet id ex certa Prin-
cipis scientia esse actum. Et ita volũt intelligi
Glossas, n. præcedenti allegatas. Sic tradunt
Abb. & Immol. clem. 2. in fine, de rescrip. Idẽ
Abb. e. cum in cõditis, §. inferiori. n. 8. de e-
le. & c. ad hoc ad fin. de rescrip. & c. nõ-
nulli, n. 8. cõ. tit. vbi Innoc. & alij refert,
additq; nõ sufficere si testibus certa scientia
probetur, & latissimè Felinus multis alle-
gatis, c. cõ. inter. n. 3. & 4. de excep. & c.
si aliquando, in fine, de senti. ex cõmuni. R. o.
sell. verb. dispens. n. 6. & ibi Sylu. in fin.

At verius est, sufficere vnde cūq; constet Principē inhabitatis fuisse cōsciu. Quōd nullus sit textus inducēs specialē probatiōis modū huius sciētīe Principis: atq; idēō sufficere qualiscūq; probatiōis modus, quo ceteras specialē probādi modū iure nō petēs: probari valēt. Nec obstat. e. si motu proprio, allegatū. n. 3. pro cōtraria sentētia. Nā optimā discriminis rationem inter clausulas, motu proprio, & ex certa sciētia, tradit relata gi A Edij. decisioe Sta phil. de liter. grati. tit. de effectu clausul. §. subseqūter statim post principū. n. 14. Quia cū motus proprio includat necessariō vñā negatiuā nō cōarctatā, scilicet, nullū vnquā super hoc Pontifici supplicasse, quā probatu impossibilis est. l. actor. C. de probat. c. quonia cōtra, eod. tit. nequit aliter, quā per literas ipsius Principis asserētis se motu proprio ductū probari. Quare benē dicit Glof. eo. c. si motu proprio, verb. expressē, quasi reddēs eius textus rationē. *Quid enim scimus, si ante annū aliquis supplicauerit Pontifici?* At certa sciētia nullā negatiuā, sed simplicem affirmatiuā includit. Sic multis citatis tenent Menoch. de p̄sumpt. lib. 2. p̄sumpt. 20. n. 7. Sta philus proxime allegatus, & eodem rit. §. quinto motus proprius, in fin. Mascard. de probat. concl. 345. n. 13.

Imō nec sufficere adijci in literis clausulam, Ex certa sciētia, vt ea p̄sumatur, sed oportet aliunde de ea constare. Quia clausula, ex certa sciētia, nil operatur quoad extrinseca ignorata, sed tantūm quoad expressa. Quis enim dicat ob id p̄sumi Principem omnia promoti vitia nosse? Sic tradunt Felin. c. cum inter, num. 5. ver. intellige benē, de except. Menochius alios referens de p̄sumpt. lib. 2. p̄sumpt. 20. num. 3. & quauis num. 2. referat alios dicentes p̄sumi dispensationem. At verē Doctores, quos refert, id non dicunt: sed tantūm docent esse necessariū apponi clausulam Ex certa sciētia, vt censeatur Princeps dispensare.

Quicquid tamen sit de probatiōe hac in foro externo requisita: at in foro conscientie, vt ex ea promotioe deducatur animus verē dispensandi, ac sit dispensatio, satis est, qualitercūq; sciatur Principem impedimenti cōsciu fuisse. Quia in hoc foro, qui solam veritatē respiciēt, nulla probatio desideratur, ea constante. Et ita tradit Syl. verb. dispensatio, fin.

Insuper vt ea promotio sciētet facta, cō-

seatur dispensatio, quidam petunt vt Princeps in literis vitium promoti exprimat, dicēs, Volumus tali illegitimo prouideri. Sic Felin. c. nonnulli. n. 12. ver. ad idem optime facit, in fine, de rescript. & c. si quando. n. 6. ver. considera, eodem, tit. idem Anton. & alij, quos refert Anton. Gabriel 3. tom. communium, lib. 1. tit. de p̄sumpt. concl. 8. num. 2. Sed iure optimo ibi. num. 3. & Menochius de p̄sumpt. lib. 2. p̄sumpt. 20. num. 7. recedunt ab ijs, dicentes eā mentionē minimē desiderari. Quōd nullo iure probetur. Atq; idē approbat ibi Anton. Gabr. in inferioribus Principe dispensantibus per eā promotionem, & benē quidem.

Alij eam doctrinā temperant (& benē) nisi Princeps urgente necessitate inhabitatē promoueat: tunc enim non censeatur perpetuō dispensare, sed ad tempus illius necessitatis. Sic Bartolo. & Ruino citatis docent Antonius Gabriel. d. concl. 8. num. 20. Menochius. d. p̄sumpt. 20. num. 36. & consil. 173. n. 56. volum. 3.

Similiter temperanda est, vt censeatur tacita dispensatio ea promotio, quoad eū solū actū, ad quē Princeps scienter admittit, v.g. si irregularē admittat ad ordines, non subinde ad alia censeatur eū cō dispensare. Nec si ad ordines admittat, videtur dispensare ad maiores. Quia dispensatio expressa non extenditur vltra actum expressum. c. 1. de filijs presbyr. in 6. nedum tacita. Et conf. quod optimē tradit Rebus. praxi benef. tit. de dispensatione. n. 8. vbi ait si id Principis factū prodesset in aliare etiam minima, non induci ex eo dispensationem. Quia ne rescriptum censeatur continere dispensationem, satis est vt possit aliud quantumvis minimū operari, vt docent Oldradus consil. 33. n. 8. Rebus. proxime allegatus. Probus addit ad Monachum. c. vnic. n. 5. de erat. & qual. Anton. Gabr. d. concl. 8. in fine. Menoch. d. p̄sumpt. 20. num. 37. & probatur ex. c. non potest, de p̄sb. in 6. iuncta Glof. h. de dūct. te ex eo sufficere vt clausula sūū obtineat effectum, nec alium eam operari posse.

Quando autē Princeps impedimentū ignarus admittit inhabitatē, quidā afferunt censeari quoque eum dispensare, si verisimile sit fore, vt impedimentū cōsciu admittet. Quia. l. quidam consulebat. ff. de ro iudic. indistincto loquitur. Item quia cūm promotionis causa credatur virtus, ac probitas promoti. l. vnica, ver. ceteri dicit, ff. de

offic. p̄fecti pratorio, satis verisimile est, fore vt Princeps sciens impedimentū dispenseret. Deinde id probat textus in l. Barbarius. ff. de offic. p̄r. vbi textus reddens rationē, cur gesta à Barbario seruo ereato ignoranter pretore, cuius dignitatis in eapax erat, gesta valeant: sic ait. *Sed ceteri serui seruum esse, liberum eum effecisset.* Præterea quia concessum censetur, id quod verisimiliter Princeps de eo interrogatus concessisset (vt docent in simili multi, quos retuli lib. p̄cedenti, disput. 90. num. 10.) Sic Glof. d. d. l. Barbarius, verb. effecisset. Bart. l. 2. num. 21. C. si seruus, aut libertus, lib. 10. Ammola. d. l. quidam consulebat. n. 6. Ananias cap. 2. n. 6. de schim. & ait Romanus esse communem sententiam. concl. 216. n. 7. & eandem tenent quando ceterō constat Principem cōsciu dispensaturum, scius quando est dubium, idē Romanus ibi. n. 8. Menoch. de p̄sumpt. lib. 2. p̄sumpt. 20. num. 13. & 26. Anton. Gabriel. tom. 3. cōmuniū, lib. 1. tit. de p̄sumptionibus, concl. 8. num. 15. Sed nullatenus hæc doctrina placet: & tenendum est, nullo modo censeari Principem per eā promotionem dispensare, dū impedimentum ignorat. Atq; cōmunitur his paucis excep-tis doctores omnes, quos. n. 15. & duplici sequenti referam, petunt in Principe scientiā impedimenti, vt censeatur dispensare. Et ratio est aperta, quia ignorantia tollit cōsensum. At dispensatio vim fortiori nō potest, nisi ex Principis volētis dispensare cōsensu. Nec sufficit fore vt vellet, si sciret: quia hęc & non vult de hęc volūtas dispensandi. Non ergo potest vim habere dispensatio. Neq; veri est ceteri cōcessum, quod verisimiliter Princeps rei cōscius cōcessisset: nisi quando ex cōcessiōis verbis eā esse concedentis mentē constat (vt in simili probati lib. p̄cedenti, disp. 90. n. 11.) Nec d. l. Barbar. illi doctrinā fauet. Quia sensus eius est (vt explicat ibi Glof. verb. effecisset) si populus Romanus sciret eum esse seruum, permitteret eū fungi officio pretoris, eū liberum effecisset, ne gesta irrita foret. Vnde quādiu ignorat, voluit gesta valere propter cōmunem utilitatē, vt probat lib. 3. disp. 22. n. 5. vbi. n. 7. & 8. probat ui nō sufficere solus. Principis errorē, exi-stimatē esse habitē, nisi error cōmunis populi intercederet. Quare melius Antoc. veniēs. n. 7. de fili. presb. & ibi Abb. n. 7. dicētes Principi promouentē inhabitatē ignoratē, nō ceteri dispensare, limitatū, nisi

error esset cōmunis, & nō solius Principis. Talis enim promotio (ainit) haberetur tūc pro dispensatione quoad gestorū valorem perillū promotū, dū error ille cōmunis durat iuxta. d. l. Barbarius.

Addē non solū errorem, quo putat Princeps illum esse habitē, vobstante tacitē huius dispensationi p̄sumendā: sed etiā errorem, quo impedimentū cōsciu putabat eū illo iam dispensatū. Quia perinde est, ac si eum habitē existimaret. Nec reuera dispensare intendit, cū iam dispensatū esse credit. Sic Boltemer. c. veniēs. n. 8. de filijs presb. & alijscitatis Menoch. de p̄sumpt. lib. 2. p̄sumpt. 20. n. 15. Anton. Gabr. tom. 3. cōmuniū. lib. 1. tit. de p̄sumpt. concl. 8. num. 19. Maiol. lib. 4. de irreg. c. 1. n. 8. Qui benē addit idē dicens, quādo Princeps in habitatis oblitus, aut nō aduertens eā, promouisset inhabitatē. Quōd is aūs nō sit voluntarius respectu dispensationis.

Idē p̄orsus quod de Principe hæc tenus diximus, dicendū quoq; est de inferioribus, quorū impedimentū est eorū legibus inductū. Censeatur enim tūc dispensare, quando scientes id impedimentū, promouent, quātis nullā causā cognitionē præmittant, vt si Episcopus sciens, & prudens iubeat, aut cōcedat iteri aliqui contra suā cōstitutionē, aut inferioris, aut equalis p̄decessoris, censeatur tacitē dispensare in illa. Quia militat eadē p̄orsus ratio, quā. n. 2. adduximus ad probandū id in Principe. Cū in proprijs legibus valde possint hi dispensare absq; causā cognitione. Sic Natur. sum. latina p̄ludiu. 9. nu. 15. & c. 25. n. 7. Azor lib. 15. institutionū moralū. c. 15. q. vlt. Quōd si esset constitutio synodi diocesane, aut provincialis, pendet ex ea quæstione, an Episcopus, vel Archiepiscopus possint in his, sicut in proprijs legibus dispensare. Nā hoc dato, dicendū est quod diximus de suis legibus. Si verō se habeat ad illas, tanquam ad leges superioris: erunt in hac re eadē opinioes, quā. n. 15. referemus, quando impedimentum est lege cōmuni statutum. An vero possint in illis sicut in proprijs legibus dispensare, est discutendū disp. 14.

Quādo autē Princeps admittit impedimentū iure diuino, & naturali, ad ea in quibus potest dispensare, vt si ligatū voto castitatis Pontifex cōscius matrimonio cōiūget, ac censeatur dispensare, eadem est quæstio, ac quādo p̄latus inferior admittit inhabitatē impedimentum iuris cōmunis, in quo

potest dispensare. Quare iuxta diversas sententias dicitur modum dispensationis est, vt. n. 18. dicitur. *Corroborata autem potissimum in hac re est, quando inferioris Principe admittuntur impedimenta communi scienter ad actum, ad que dispensasse possunt, an censentur dispensare?* vt. si Episcopus irregularitate affectum, in qua potest dispensare, promoteat ad ordines, illi se literas dimissorias conferat. Triplex est sententia. Prima ait non conferri dispensationem, nisi inferioris actum eum. exerceant premissa causa cognitione, an expediat dispensare, nec ne. Ducitur, quod ea differentia sit inter Principem legislatorem, ac inferioris prefatos, quod ille possit saltem valide in sua lege dispensare, non premissa causa cognitione: huius autem minime. Non ergo actus ille censetur facta dispensatio ab inferioribus exercitis: qualis censetur factus a principe. Secundo, quia, c. finalis in fine d. 3. puniatur Episcopus promouens concubinatum. At puniendus non esset, si ea promotio. censetur tacita dispensatio. Tertio, quia cum per verba expressa minime de hac dispensatione constet, sed ex illius actus exercitij coniectura presumatur: nequit presumi dispensandi voluntas ex eo actu. Quia presumereur delictum, contra. l. merito. ff. pro socio. Quippe vel le hos in iure communi dispensare, non promittendo cause cognitionem, est gratie delictum. Et ideo hanc partem sustinent ex Iurisprudentiis, Glof. c. 2. verb. dispensatum, de schismat. & ibi Ioan. And. n. 4. Anton. n. 3. Abb. n. 4. Card. nar. q. 1. Ancha. n. 3. Anan. n. 7. & 8. Glof. c. vnic. verb. dispensare, de arat. & qual. in. 6. & ibi Domin. n. 6. Eras. cus. n. 5. Inno. c. veniens. n. 2. de fili. presby. & ibi Anto. n. 7. Abb. n. 7. Card. q. 3. Henric. n. 4. id. Abb. c. praterea. n. 11. de testi. cogen. & c. in cunctis. §. inferiora. n. 8. & c. innotuit. n. 7. & 8. de elec. & c. diuersis n. 3. de cleric. cōing. & ibi Immol. n. 5. Specul. tit. de dispen. §. qualiter aut. n. 3. Archid. c. licet canon. n. 2. de elec. in 6. Barthol. l. Barbarius. n. 12. ff. de offic. prator. & ibi Iason. n. 14. Horoscus. n. 26. Paulus clem. final. de sent. excom. & ibi Anchar. ad fin. Immol. n. 9. Bonifacius. n. 63. Id. Immol. l. quidam consulebat. ff. de re iud. n. 9. & ibi Paulus ad fin. Felin. c. praterea. n. 8. de testi. cogen. Additionator ad Innoc. d. c. diuersis. nu. 1. verb. dispensasse, & ibi Eneas de Falco addit. ad Abbatem. nu. 3.

verb. causa cognitio. Probis addit. ad Machum cap. vnic. nu. 6. de arat. & qual. in 6. Mando sius de signatura gratiar. verb. dispensationes, verb. aduertendum tamē. vlt. Rosella. verb. dispensatio. n. 6. & ibi A. quod lus. n. 12. Sylu. q. vlt. Nauar. cap. 6. quod. exceptione. 10. n. 3. de rescrip. & lib. 3. consil. i. d. tit. de cleric. non resid. consil. vltim. num. 9. & lib. 1. tit. de tempor. ordi. n. 1. tit. de filiis presbyt. consil. 3. num. vlt. 9. Sarmiento de redditi. p. 1. c. 3. num. 8. Anton. Cucus lib. 4. institutiōnum maiorum tit. 12. nu. 28. & 29. Antonius Gabriel. tom. 3. communium. lib. 1. tit. de præsumptionibus. consil. 8. nu. 12. & 13. & multis alij citatis Menochius de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 20. nu. 24. & 25. & ex Theologis, Caiet. 2. 2. q. 104. art. 5. ad finem. Henriquez lib. de excom. c. 13. nu. 3. Azor lib. 5. institutionum moralium. c. 15. quaest. fin. Manueq. regul. tom. 2. quaest. 46. art. 1. & tom. 1. summa. 2. editione. cap. 27. numero. & addit Azor etiam in foro conscientie procedere hanc sententiam. Quod etiam aperte significat. Syl. proxi. del. allegat. Et est valde probabilis hęc sententia. Secunda sententia docet inferiores non censeri dispensare, quauis cause cognitionem premitant, nisi se dispensare expriment. Quia non censetur absoluerē excommunicatum, nisi verbis absolutiois utantur: quauis scienter admittat ad diuina excommunicati. Ita docent Glof. c. literas, sine, de concess. prab. Host. c. veniens. n. 6. & 8. de fil. presby. & c. 12. statim in principio, de schismat. Bald. l. Barbar. nu. 7. & 8. ff. de offic. prator. Decius. c. si quando, in noua editio. n. 23. de rescrip. Rebuff. praxi benefic. tit. de dispensatione super defectu natalium. n. 9. & c. postulastis, notab. 2. n. 33. de cleric. excom. minist. Nauar. lib. 3. consil. in 1. edition. tit. de Simon. conf. 20. n. 2. & summat. præludio. 9. n. 15. & c. 25. n. 74. vbi hoc limitat quoad forum externum, & Manuel limitans in eodem foro externo q. regular. 1. tom. q. 13. ar. 16. Tertia sententia sustinet censeri tunc inferiorē dispensare, quauis cause cognitionem non premitat. Ducitur, quod dispensatio non exigit certam formam, nec verborum expressionem, vt fatentur omnes, & diximus. n. 1. & concurrunt potestas in eo ferente, & voluntas. Ex eo enim actu voluntas presumitur: quippe presumendum non est prælatum velle promotum ad ordines

illa-

illaqueari, manente irregularitate, quare affectus. Er quauis non premiterit causam cognitionem, id efficit vt temerē dispensat: atq; ob id puniri possit, non tamen dispensationem esse irritam, si verē causa erat (vt dicemus disp. 17. num. 11.) Quod si de peccato agas, etiam Princeps temerē dispensans in sua lege sine cause examinatione peccat (vt suo loco dicemus.) Ergo per illud factum censetur tacite dispensare. Et confirmatur, quia tantum valet voluntas tacita, quantum expressa, in ijs, quę nec formam certam, nec verba requirunt. I. qui ad certum. ff. locati. §. l. de quibus 3. ad finem. ff. de legibus. ibi. *Nam quid interest suffragio populus voluntatem suam declarare, an rebus, & factis.* Secundo, quia & si peccet inferior omitens cause examinationem: at etiam delinquit, si inabili beneficium conferat, vel irregularem ordinem insigniat, nolens dispensare in impedimento. At hęc delicta posteriora sunt longe grauiora priori, vt ex se cōstat, & sicut in actu qui sine peccato, & cum peccato exerceri potest, recipiēda est præsumptio peccatum excludens. l. merito. ff. pro socio. Ita in actu qui sine peccato fieri nequit, sed potest fieri cum maiori, vel minori, recipiēda est præsumptio grauius peccatum excludens. l. si adulterium cum incestu. §. 1. 2. §. 3. ff. ad l. Iuliam, de adulter. ergo in huiusmodi promotione præsumentur da est impedimenti dispensatio: vt vel sic minus delictum præsumat. Tandē probatur ex c. de bigamis, vbi Episcopus bigamum promouens. priuatur potestate ordinandi: & redditur ratio his verbis. *Quia in bigamis dispensare non licet.* Ergo à cōtrario sensu, si cum bigamis possit Episcopus dispensare, non incurreret penam: eod quod tunc dispensare videretur. Et ideo huius sententię sunt Innoc. c. diuersis. n. r. de clerici. cōing. & cap. veniens. nu. 2. de filiis presby. tantum vocat oppositam tutiore, quasi hanc valde tutam, & probabilem iudicet. Eandem tenet. c. praterea. nu. 2. de testi. cogen. & latissime Bellemer. d. c. veniens n. 8. & 19. Lambertinus de iure patro. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 30. in noua edition. nu. 28. Sylu. verb. irregularitas, sine, & ibi Armilla. n. 91. Nauar. summa. c. 25. nu. 74. dicens forte in foro conscientie hanc sententiam esse veram, licet non in foro externo. Maiolus lib. 3. de irregular. c. 24. nu. 14. & lib. 4. c. 10. nu. 3. & lib. 5. c. 1. n. 8. addens hanc sententiam esse veram in vtroq; foro. Sal-

zedo addit. ad praticam Bernardi Diaz. c. 25. ad fin. & ex Theologis, Palud. 4. d. 38. q. 4. ar. 4. concl. 2. n. 39. D. Antonin. 2. part. tit. 11. c. 2. §. 9. notab. 2. & 3. par. tit. 28. c. 6. §. vlt. Margaria cōfessorum quaestionibus moralibus, fol. 239. Polāeus in directorio cōfessorum, tractatu de irregularitate, in fin. Metina. lib. 1. sum. c. 11. §. 12. statim in principio. Henric. lib. 14. de irregul. c. 17. n. 4. Emmanuel Sa sum. verb. dispensatio n. 8. Suarez de censuris, disp. 41. sect. 3. ad finem, addens esse etiam in foro externo veram, si consisterit Episcopus habuisse legitimum causam. Manuel. 1. tom. sum. 2. edition. c. 24. n. n. 6. concl. 4. Idē tenent limitantes pro foro conscientie, Sayro thesauro casuum, tom. 1. lib. 7. c. 14. nu. 11. 12. 13. Manuel. q. regul. 1. tom. q. 13. ar. 16. & addit Sayro idē esse delictum, siue prælatus ille iure communi, siue ex priuilegio, vel consuetudine possit dispensare. Quia eadē est ratio, eū concurrat potestas, & voluntas præsumat ex illo actu. Idem dicitur. D. Anton. 3. part. tit. 28. c. 6. §. vltimo, Sylu. Armilla, Nauar. Maiolus, Salzedo, Sayro eisdem locis, quando Episcopus scienter regulari, eū quo potest dispensare, cōfert literas dimissorias ad ordines. Quia eadē est ratio. Et hac tertia sententia prae ceteris placet pro vtroq; foro: si tamen pro foro externo probetur adfuisse legitimum causam: & pro foro conscientie, qualitercūq; de illa constat. Quia dispensatio prælatorum inferiorum in lege superiorum facta sine legitima causa, est irrita in vtroq; foro, vt dicemus disp. 17. n. 4. Demum quatuor obseruanda sunt. Primum est. Eadē opinione locū habere, quādo Princeps supremus, vt Pōtēx dispensaret in iure diuino, in quo dispensare potest, vt in voto, vel iuramento (vt bene aduertit Deus. c. eū in cunctis. §. inferiora, in noua edition. n. 17. de elec.) Cū enim ad dispensandum in huiusmodi rebus desideretur causa cognitio, perinde se habet ad eas, sicut quando inferior dispensat in lege superioris. Quare iuxta primā sententiam dicendum erit non censeri Papam dispensare, si aliquos voto castitatis astrictos sciet, & prudens matrimonio coniungat, nō premissa cause cognitione. At retenta tertia nostra sententia censetur dispensare, ac valebit dispensatio, si re vera aderat legitima dispensandi causa. Secundum est. Quod si intelligere tunc censeri prælatum inferiorē dispensare

Ecc 4 etiam

etiam præmissa causæ cognitione, quando impedimentum est ipsi notum tanquam iudici. Sic Angelus, verb. dispensatio. nu. 12. Sed etiam retenta prima opinione exigenti eam causæ cognitionem præmitti, dicendum est, fati esse causam sibi tanquam homini notam esse. Quod bene docuit Syllu. verb. dispensatio. q. vltim. Atq; idem docuit Bald. l. Barbar. n. 8. ff. de officio prætoris dicens non esse opus in figura iudicij præmittere causæ cognitionem.

10 Hinc inferitur nõ desiderari citationem eorum quorum interest. Cũ cognitio iudiciali nõ exigatur. Sic cõtra aliquos, quos tacito nomine refert, tenet Innoc. cap. veniens, num. 2. de filiis presbytri. & ibi Anton. nu. 7. Abb. nu. 7. Cardin. q. 3. Henric. nu. 4. Speculator. tit. de dispensatione. §. qualiter autẽ, nu. 3. Archid. c. licet canon. nu. 2. de elec. in. 6.

11 Aliquĩ tamen ex prædictis Authoribus dicitur exigi decretum inferioris dicentis, decernimus eum idoneũ. Quia aliter præsumeretur temerarium Episcopi factum, nec dispensatio tacita præsumeretur. Sic aliqui, quos referunt, & videtur approbare Innoc. & Archid. n. præcedenti allegati. Et tenent Speculator, & Henricus, quos n. præcedenti retuli. Anton. Cuc. lib. 4. institut. maiorũ tit. 12. nu. 29. Sed iure optimo id non requiri docet, quod nullo iure probetur, Anton. Abb. Card. n. præcedenti allegati. Probus addit. ad Monachum. c. vnic. co. n. 6. de ætat. & qual. in. 6.

22 Tertiu est, aliquos iure optimo limitare, vt requiratur causæ cognitio ad præsumendam dispensationẽ, nisi causa dispensationis notoria sit, vt quia notũ est personam quæ admittitur, esse valde doctam: tunc enim cõfitebitur inferior dispensare, licet non præmiserit causæ cognitionẽ: etiam retetã prima sententia. Quia notoria nõ exigunt iuris ordinẽ, nec causæ examinationẽ. c. manifestata. 2. q. 1. Sic Glof. c. si quis sine examinatione, verb. sine examinatione. d. 8. 1. & c. fin. verb. qui cõcubinas. §. 1. d. Abb. c. præterea. num. 11. de testibus cogen. Immol. l. quidã consulebat. n. 8. ff. de re iudicata. A. na. c. 2. n. 8. de schif. Rose. verb. dispẽ. n. 6.

23 Vltimũ est, multos ex doctoribus quos n. 15. & 17. pro vtraq; sententia retuli, dicẽtes cõfiteri inferiorẽ dispensare admittẽdo in habilitẽ, siue præmiserit causæ cognitionẽ, siue nõ, iuxta opinionũ diuersitatẽ, ad dẽdere, si intẽdat dispensare. Quia in re magis nos ancipites reddunt. Cum enim ea præ-

lati intentio aliud non constet, quã ex eo factõ, semper hesitabimus, an dispensare intendere, nec ne. Præterea quia si de intentione cõstaret, frustra defragaretur authoritates disputates an ex eo factõ præsumatur dispensatio. Quare dũ dicunt, si intẽdat dispensare, manifestẽ intelligit, nisi de contraria intentione constet: nepe, in inferiorẽ non intẽdere dispensare. Quia eõ perinet tota huius quæstionis difficultas, an ex eo actu colligatur animõ dispensandi, atq; ad eõ dispensatio tacita censetur. Quare Bellemer. c. veniens. n. 11. & 19. de filiis presbytri. & Rosell. verb. dispensatio. nu. 6. expressẽ docent ex eo actu sufficere colligi dispensandi intentionẽ, & id eõ pleriq; alij doctorẽs non addunt, si intẽdat dispensare.

Ad argumẽta. n. 15. proposita respondetur. Ad primũ dic saltẽ in foro cõscientiã validã esse dispensationẽ inferioris absque cognitione causæ, si reuera erat causa, vt dixi. n. 17. Ad secundũ dic eũ Glof. eod. c. fin. in fin. in eo textu, & in similibus puniri temerariam, ac indiscretam dispensationẽ solo factõ absq; causæ examinatione factã. Ad tertiu constat ex dictis. nu. 17. nam præsumitur tũc id peccatũ, vt maioris culpæ præsumptio vitetur. Ad argumẽtu. n. 16. propositũ dic iure cautum esse in abso- lutione ab excommunicatione verba desiderari. c. desideres, in primo responso, de sent. excom. At in dispensationibus nullo iure verba exigi cauetur.

25 Quæstio posterior. An sola patientia, & taciturnitas superioris videns aliquẽ, iure in quo potest dispensare, impeditũ, exercere ea sibi interdita, censetur dispensatio: quando superior impeditũ, & nõ esse in eo dispensatum nouit? vt si Pontifex vel Episcopus videat irregularem celebrare, vel habentes impedimentum cõtrahere matrimoniu: & potest Episcopus dispensare. Communis ferẽ omnũ iurisperitorum est sententia negã. Quia id est potius pati, quã agere. Potest in super probari, quia lib. 2. de matr. disp. 38. nu. 12. latẽ defendimus dissimulationem Principis scietis, & permittentis aliquos perferuere in matrimonio irrito, nõ inducere dispensationẽ, & id eõ huius sententiẽ sunt Glossa clem. fin. verb. approbare, de sent. excom. & ibi Card. fin. Anchar. fin. Immo. n. 9. Bp nificius. n. 51. Innoc. c. veniens. n. 3. de fili. presb. & ibi Hof. n. 8. Anton. n. 7. Abb. n. 7. Card. q. 3. Henric. nu. 5. Bellemer. n. 19. Aman. c. 2. n. 6. fin. de schif. Immol. l. quidam

consulebat. n. 6. fin. ff. de re iudic. Felin. c. præterea. n. 8. de test. cogend. & c. gratum. n. 9. de offic. deleg. Socin. Senior conf. 85. n. 9. lib. 3. Selua tract. de benef. p. 3. q. 8. nu. 49. & q. 10. n. 21. Anton. Gabriel tomo. 3. communium, lib. 1. tit. de præsumptioni, concl. 8. n. 18. Menochius de præsump. lib. 2. præsump. 20. nu. 32. Maiolus lib. 3. de irregul. c. 51. n. 8. Sayro thesauro casuum, tom. 1. lib. 7. c. 14. n. 16.

26 Ceterũ probabilius existimo ceteri tũc tacitam dispensationẽ, si prælatus ille cum posset tacite cõtradecere, non contradicit, sed tacet. Ducor, quod illa taciturnitas sit ratio habet de presenti. Quã lib. 3. disp. 35. n. 20. veram iurisdictionẽ conferre ad audiendas cõfessiones, & reliqua exercenda probauimus. Secũdo, quia cum prælato ex officio incubat delictis subditorũ obuiare: eũ euidet, ac facile cõtradecere potest, præsumeretur grauissimũ prælati delictũ non cõtradecentis, nisi ipsum cõfiteri dispensare dicamus. Nec obstat quod probati lib. 2. de matr. disp. 38. nu. 12. nempe, dissimulationẽ Principis permittentis aliquos in matrimonio irrito permanere, nõ cõfiteri dispensationẽ. Quia (vt ibi dixi,) dissimulauit gratia scandali vitandi: nec

proderat dispensatio, nisi denuõ illi contraxissent matrimonium. Et id eõ ex illa dissimulatione non poterat dispensatio deduci. Et id eõ hanc partem sustinet Probus addit. ad Monachum cap. vnic. nu. 6. de ætat. & qual. in 6. Palu. 4. d. 38. quæst. 4. art. 4. concl. 2. num. 39. & ibi Supplementum Gabrielis quæst. 1. art. 5. dubio penultimo, vers. de modo, & forma. D. Anton. 2. p. tit. 1. c. 2. §. 9. notabili. 2. Veracruz. 1. p. Speculi, art. 23. post primam conclusionem, vers. dixi etiã. Emmanuel Sa summa, verb. votum, vbi de voti irritatione, & dispensatione, numer. 23. Azor lib. 5. institutionum moralium cap. 15. quæstion. finali. Sed supplementum ibi limitat, quando factum subditi esset contra ius ab eo superior editum: secus si esset contra votũ, vel ius commune, in quo is superior absq; causa dispensare nequit. At verius est, cõfiteri quoq; dispensationem in voto, vel alio iure quoque cõmuni, in quo is superior dispensare potest. Sicut. n. 17. diximus admissionem ad actum contra ius, in quo is superior valet dispensare, cõfiteri tacitam dispensationem. Et ita affirmant loquentes de votis Palud. D. Anton. Emmanuel Sa proximẽ allegati.

DISPUTATIO QUINTA.

An possit Episcopus dispensare in lege pontificia, vel concilij, saltem quando in ea dispensare posse conceditur, non explicando cui concedatur?

SUMMARIUM.

Nequit Episcopus iure ordinario in his dispensare, nisi in casu necessitatis. At potest quando in canone conceditur dispensatio, non explicando cui concedatur. n. 1.

Quid, si canon ille sit late sententia? nu. 2.

Quid, si ipse Episcopus legem imponat? nu. 3.

Quid, si penam Pape reseruatam contineat? nu. 4.

Quid, si canon sit aliquis concilij generalis? nu. 5.

Quando canon editur à Pontifice, & concilio, & trahit originem à Papa, vel cõcilio: quando dicitur concilij: & quando Papæ? nu. 6.

An desinat esse concilij, quod à Papa confirmatur? nu. 7.

An sit concilij, si in eo dicitur, sacro approbato concilio? nu. 8.

Quid, si in superscriptione dicatur, ex tali concilio? vel in tali concilio? nu. 9.

Quid, si Pontifex attribuat constitutionẽ concilio? nu. 10.

Quid, si ita dicat, Desinimus hoc cum concilio, vel consensu concilij? nu. 11.

Conclusio communiter recepta in hac disputatione est. Quãuis in canone superioris nequeat Episcopus ordinariẽ dispensare, sed in solo necessitatis casu (vt probauit lib. 2. disp. 40. n. 3.) quoties canõ aliquis permittit in eo dispensari: vel impersonaliter de dispensatione loquitur dicẽs, nisi in eo dispẽsetur: nec explicat à quo sit dispensandũ, censetur facultas dispensandi circa illũ cõcessa Episcopo. Ratio est, quia cũ verba debeant

aliquid